

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 26: De honestate vite (5)

Idem (Bernardus):

Bone indolis adolescentes in monasterio viventes,
ita se in omni studio conservent,
ut adolescentiam suam nulla libidinis sorde commaculent.

Quorum munditia animi tanta debet esse,
ut pre nimia verecundia, nec sermonem quidem audire velint,
vel loqui in publicum.
Et ne incentivis naturalibus superentur,
necessere est ut lasciviens caro eorum crebris frangatur ieiuniis.
Nam melius est eis stomachum dolere quam mentem.

Bonae indolis adolescentes in monasterio viventes,
ita se omni studio conservent,
ut adolescentiam suam nulla libidinis sorde commaculent,
ut ad altare Christi quasi de thalamo virgo procedant.
Quorum tanta animi debet esse munditia,
ut prae nimia verecundia ne sermonem quidem audire velint,
vel locum impudicum.
Et ne incentivis naturalibus superentur,
necessere est ut lasciviens caro eorum crebris frangatur jejunis.
Melius est eos stomachum dolere, quam mentem.

Iohannes de Fruttuaria, *Tractatus de ordine vitae et morum institutione*, 2.4 (PL 184, cols.563A-B).